Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis accipies uxorem et habebis ex ea filios et filias. Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis ecce ego tollo a te desiderium oculorum tuorum in plaga. Et non planges neque fleres neque manabit lacrima de oculis tuis. Ingemisce tacite mortuorum luctum non facies. Ligabis diadema capiti tuo et calceamenta tua pones in pedibus tuis. Et operies labia tua et panem luctus non comedes. Et locutus sum ad populum mane et mortua est uxor mea vespere. Et feci mane sicut mandatum est mihi. Dixerunt autem ad me populus. Quare hoc facis nobis. Et dixi eis. Verbum domini factum est ad me dicens. Dic domui israel. Hec dicit dominus deus. Ecce ego polluam sanctuarium meum. Et quod elevatur oculis vestris. Et quod parcit animabus vestris. Et filii vestri et filiae vestre quas reliquistis in gladio cadent. Et facietis sicut fecit ezechiel. Et cum venerit hoc. Scietis quia ego dominus deus. Et tu fili hominis. Nonne die qua assumam eis fortitudinem eorum. Et gaudium glorie templi eorum. Et desiderium oculorum eorum. Et quod parcit animabus eorum. Et filii eorum et filiae eorum. Ecce in die illa. Venient ad te fugientes de terra israel. Et aperietur os tuum. Et loquetur ad eos. Et non eris ultra mutus. Et erit sermo domini ad me dicens. Fili hominis. Vaticinare super pastores israel. Vaticinare et dicis pastoribus. Hec dicit dominus deus. Ve pastoribus israel. Qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus. Lac comedebatis. Et lanis operiebamini. Quod erat crassum. Et quod erat infirmum non sanabatis. Et quod erat contritum non colligabatis. Et quod erat abiectum non reducebatis. Et quod erat perditum non requirebatis. Et cum austeritate imperabatis eis. Et dispersi sunt pastores. Et factum est. Et factum est. Et factum est